

Melaeget.

Creul.

Natus ut Althea flammis absentibus arsit,
 Sic tuus ardeat stipitis igne rogas.
 Ut noua Phasiaca compressa est nupta corona,
 Utq; pater nuptae cumq; parente domus,
 Ut cruor Herculeos abijt diffusus in artus,
 Corpora pestiferum sic tua uitus edat.
 Qua sua Pentheidem proles est ultra Lycurgum,

Hec maneat teli quoque plaga noui.
 Utq; Milo robur deducere fissile tentes.

Nec possis captas inde referre manus.
 Muneribusq; tuis laedaris ut Icarus, in quem
 Intulit armatis ebria turba manus.

Quodq; dolore necis patriae pia filia fecit,
 Vincula per laquei fac quoq; guttur eat.

Obstrictusq; famem patiaris limine tecti,
 Ut legem poenae cui dedit ipsa parens.

Illius exemplo uioles simulacra Mineruae.
 Aulidis a portu qui leue uertit iter.

Naupliadaq; modo ficto pro crimine poenae
 Morte luss, nec te non meruisset inuet.

Ethalon ut uita spoliavit istidius hospes,
 Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io;

Utq; Melantheum tenebris a caede latentem
 Prodidit officio luminis ipsa parens:

Sic tua coniectis sodiantur corpora telis;
 Sic precor, auxilijs impediare tuis,

Qualis equis pactis, quos sortis agebat Achilles
 Acta Phrygi timido est, nox tibi talis eat.

Nec tu, quam Rhœsus, somno meliore fruaris,
 Quam

Butes Licurgi
 filius, & Pen-
 ethei nepos Bac-
 chi sacerdotes
 in patris uindi-
 ctam occidit.
 Icarus cum At-
 tica colonos ui-
 ni usum edocui-
 set, illi inuisita-
 to liquore ebrii
 nenenos se po-
 tatos existiman-
 tes eum perarunt,
 quare Eligone
 eius filia laqueo
 uitam finioit.
 Palamedes.
 Nauplii filius
 Ethalus ab Ili-
 dis sacerdotibus
 hospite est ne-
 carus quare ue-
 situm est, ne-
 quis ex ea fa-
 milia sacerdo-
 tum iniret, Melan-
 theus homici-
 dii reus matre
 rei inscia qua-
 rentibus est
 manifestatus.

Quam comites Rhœsi, tu necis ante diem.
 Quam quos cum Rutulo morti Rhamneta dederunt

Impiger Hyrtacides, Hyrtacideq; comes.
 Cliniadeq; modo circumdatus ignibus atris,

Membra seras Stygiæ semicremata neci,
 Utq; Remo muros auso transire recentes.

Noxia sint capiti rustica tela tuo.
 Denique Sarmaticas inter Heticasq; sagittas

His precor ut uiuas, & moriari locis.
 Nec tibi tantisper subito sunt missa libello,

Inmemores ne nos esse querere tui,
 uca equidem, fateor sed dii dent plura rogatis,

Multiplicentq; suo uota favore mea.
 At modo plura leges, et nomen habentia uerum,

Et pede quo debent acris bella geri

Nysus Hyrtacis
 filius, & Eurya-
 lus in Rutulo
 casta Rhamne-
 sem, & multos
 alios occiderunt.

Iambicum pe-
 dem significas,

FINIS.